M E D E A
EVRIPIDIS POETAE TRAGICI
GEORGIO BVCHANANO SCOTO
I N T E R P R E T E.

P A R I S I I S

E*x officina* M*ichaëlis* V*afcofasni, in uia quæ eft*
ad diuum I*acobum,fub* F*ontis infigni.*

M. D. XLIIII.

C V M P R I V I L E G I O.

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

P R I V I L E G I V M.

C A V T V M *eſt edicto* P*roprætoris* P*ariſienſis, ne cui hanc* E*uripidis* M*edeæ uerſionem, iniuſſu* M*ichaëlis* V*aſcoſani, quadriennij ſpacio imprimere liceat, aut alibi impreſſam uendere.* Q*ui contra hoc edictum fecerit, iudicis arbitratu ac librorum amiſſione mulctabitur.* D*atum* P*ariſiis* X V. C*alend.* M*aij* M . D. X L I I I I.

I. I*acobus* M*emmius.*

<A.i.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Ad Illuſtriβimum *principem* Ioannem *à Lucemburgo,*Iueriaci *Abbatem,*Georgij Buchanani Præfatio.

N On *dubito pleroſq; futuros,*Princeps *clariβime,qui ſtatim ubi hæc in manus ſumpſerint, meam admirentur impudentiā,uel potius temeritatem , quòd in tanto bonorū ingeniorum prouentu,id ego potiβimùm ſim auſus aggredi, quod aliorum uel pudor refugerat,uel reformidarat audacia, atque* Euripidi *uertendo manū admoliri non pertimuerim,præſertim cum nō ignorarem hanc à plerisq; rem prius tentatam,uni* Eraſmo *ita ſucceβiſſe ut iuxtà ab incepto me deterrere debuerit illorum caſus , atque huius felicitas : qui præterquam quòd ad eam rem uenerat tot bonarū artium præſidio inſtructus,etiam ſiqua erat in hac parte nouitatis gratia,eam præoccupauerat.* Accedit *& illud,quòd præter ſummam in choris obſcuritatem (quæ huic ſcriptori adeò familiaris eſt,ut eam de induſtria ſectatus eſſe uideatur) hæc ipſa quondam fabula ab* Ennio *prius uerſa fuerat, cuius non pauci uerſus adhuc in ueterum commentarijs paβim leguntur: quorum comparatio his noſtris, alioqui obſcuris , plurimum ſua luce officere poſſet.* Ego *uerò tantum abeſt ut his à ſcribendo rebus fuerim*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

deterritus,ut in utriuſq; fortunæ qualēcunq; euentū
25 *non mediocre præſidium hinc fore iam animo præ-*
ceperim,atque mihi ipſi quodammodo ſpopōnderim.
N*am tametſi plauſum à ſtudioſorum theatro hæc*
fabula non accipiat, ſi utcunque tamen ſteterit , nec
ignominioſe explodatur, nunquam æquè moleſte fe-
30 *ram,*E*nnii atque* E*raſmi auctoritate mihi tenebras*
offundi, quàm me poſt tam præclara nomina qua-
lemcunque ſaltem locum tenuiſſe. H*oc uerò quic-*
quid eſt operæ, nos tibi P*rinceps clariß. potißimùm*
cenſuimus dicandum,non modò ut grati ſaltem ani-
35 *mi profeßione tuam erga me ſummam teſtarer hu-*
manitatem, aut à ueſtræ familiæ nobilißimæ ſplen-
dore contra calumniantium inuidiam præſidiū mihi
peterem, ſed ut meliori ſpe reliquorum doctorum
suffragijs me committerem,ſi tui iudicij prærogati-
40 *uo ſubnixus eſſem , qui cum in omni diſciplinarum*
genere principatum teneas, ac in hoc poetic[a]*e ſtudio*
ſingulari quadam felicitate uerſeris,ſoles tamen, ut
inquit ille,meas eſſe aliquid putare nugas.

ARGV-

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

A R G V M E N T V M.

I *Aſon* Medea *comite* Corinthum *profectus, cum* Glauca Creontis Corinthiorum *regis filia nuptias paciſcitur.* Medea *uerò indicto à* Creonte *exilio , unius diei moram exorat.*Idq; *beneficium ut remuneraretur,dono per filios ad* Glaucam *mittit ueſtem & coronam auream, quibus illa induta extinguitur:*Creon *quoque filiæ adhærens perit.* Medea *cum ſuos interfeciſſet liberos, currum quem à* Sole *acceperat , alatis draconibus iunctum, conſcendit, atque Athenas profugit.* Ibique Aegeo Pandionis *filio nubit.*Pherecydes *autem &* Simonides *aiunt,*Iasonem *à* Medea *recoctum, iuuenem denuo factum.* De *patre uerò eius* Aeſone,*is qui de* Argonautarum *reditu ſcripſit,ita inquit:*

Atque iterum blanda fecit reuirere iuuenta
Aesona, ſubtili diſtringens arte ſenectam,
Plurima cum labris coxiſſet pharmaca in aureis.

Aeſchylus in fabula quæ nutrices Bacchi *inſcribitur, ait* Bacchi *nutrices , earumque uiros , iuuenes ab ea denuo factos.*Staphilus *autem inquit* Iaſonem *quodammodo à* Medea *peremptū.* Nam *cum eius ſuaſu ſub* Argus *puppe obdormiret,nauisq; iamiam uetuſtate ſolueretur, ruina puppis oppreſſus perijt.*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Aliter per Ariſtophanem Grammaticum.

Medea odio aduerſus Iaſonem concepto propter nuptias Glaucæ Creontis filiæ, Glaucam, Creonta, ac ſuos etiam liberos interemit, relictoque Iaſone Aegeo nupſit.

5 *Fabula Corinthi fingitur agi. Chorus eſt è mulieribus Corinthijs. Docuit eam Pythodoro prætore circiter octogeſimam ſeptimam Olympiadem.*

Perſonæ.

Nutrix Medeæ
Pædagogus
Medea
Chorus mulierum Corinthiarum
Creon Rex
Iaſon
Aegeus Rex Athen.
Nuntius
Filij Medeæ.

<A.iii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

EVRIPIDIS TRAGICI MEDEA.

N V T R I X.

V Tinā Pelaſgis littus Argo ad Colchicū
Non tranſuolaſſet Cyaneas Symple-
gadas;
Nec ſtrata ſaltu pinus olim Pelio
C ecidiſſet:acta nec uirorum fortium
5 D extris, tuliſſet arietis ſpolium aurei
P elia imperante: non hera excelſam mea
M edea Iolcon appuliſſet,Iaſonis
A more ſæuo pectus ægrum ſaucia:
A uthor puellis nec trucidandi patrem
10 P eliam,Corinthi degeret cum liberis,
V iroque, gentis cuius exul incolit
S olum, fauorem demereri ſedula
E t ipſa ubique morem Iaſoni gerens:
» F elicitatem quam ſupremam exiſtimo,
» 15 C oncors marito mulier ubi degit ſuo.
N unc odia feruent.diβident chariβimi
N uper.ſuorum liberorum proditor,
H eræque Iaſon,nuptijs regalibus
F ruitur,tyranni filiam Corinthij
20 C reontis arcto coniugem amplexu fouens.
A t miſera miſeris habita ludibrio modis
M edea, pactam clamat infelix fidem:

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

P *ignusque fidei dexteram inuocat dati:*
T *eſtesque pacti conſcios facit deos,*
25 N *on ita merenti quam rependat gratiam*
F *allax* I*aſon.inedia ſe macerans*
I *acet: doloris magnitudine obruta,*
F *lumine perenni lachrymarum liquitur.*
E *x quo mariti ſenſit in ſe iniuriam,*
30 I *mmota uultus, mœsta terræ lumina*
F *igit: procellæ ſimilis,aut ſcopulo,abnuit*
S *urdis amicorum auribus ſolamina:*
N *iſi quòd ſubinde colla flectens candida,*
S *ecreta ſecum expoſtulat,deflens patrem,*
35 P *atriam,penates patrios,quos prodidit,*
V *irum ſecuta cui modò contemnitur.*
A *t miſera tandem iam ſuis didicit malis*
Q *uàm ſit paternum ſuaue non linquere ſolum.*
I *nfenſa natos odit.aſpectu frui*
40 N *on gaudet.illud uereor,ut ne quid noui*
» E *xcogitet.nam cum patitur iniuriam*
» E *latus animus,haud facile ſibi temperat.*
H *anc noui ego probè:trepidaque exanimor metu*
N *e ferrum acutum condat in præcordia,*
45 I *ngreſſa furtim tectum ubi torus ſternitur:*
A *ut ne maritum perimat,ac ſponſam ſimul:*
D *ein maius ipſa ſubeat infortunium.*
M *etuenda ſanè eſt,nec facilè uictoriam*
R*eferet,*

<A.iv.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

R *eferet,in illam ſi quis odia exerceat.*
50 A *t curſu omiſſo iam reuerſi liberi*
N *on mente uoluunt matris infaustæ mala.*
» P *uerilis animus grauibus haud curis patet.*
P*æd.* A *ntiquum herilis familiae peculium,*
Q *uid ſola ſtabas conquerens propter fores?*
55 A *bs te relinqui ſola,*Medea *ut feret?*
N*ut.* S *enex miniſter liberorum* Iasonis,
» M *ancipia frugi , ſi quid euenerit heris,*
» A *equè dolere ſuo decet ut incommodo.*
V *is me doloris eò redegit,ut ſolo*
60 C *œloque cogar euomere dominæ mala.*
P*æd.* Q *uid?miſera nondum luctui statuit modum?*
N*ut.* A *fine tantum luctus, ô bone uir abeſt,*
V *t hæc doloris ſola ſint primordia.*
P*æd.* O *stulta,ſiquidem ſic decet de eris loqui,*
65 V *t nil malorum comperit recentium!*
N*ut.* Q *uid iſtud eſt ? ne pigeat effari ſenex.*
P*æd.* N *il. extuliſſe me priora pœnitet.*
N*ut.* A *mabò,me conſeruus haud celaueris.*
N *am ſi neceſſe eſt , ſpondeo ſilentium.*
P*æd.* 70 S *acras ad undas abeo* Pyrenes, *ubi*
S *edere ſoliti ſunt ad aleam ſenes.*
C *olloquia dum clàm capto ſecreta,audio*
E *xigere pueros ut* Corintho *cogitet*
C *um matre, regni ſceptra qui hic tenet* Creon:

<A.v.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

75 V *erúsne rumor hic ſit, haud certò ſcio.*
F *alſum eſſe mallem,ac falſus ut ſit comprecor.*
N*ut.* E *t hæc* I*aſon liberis fieri ſinet,*
I *ratus etſi diβidet cum coniuge.*
P*æ.* A *ffinitati uetus amor cedit novæ:*
80 N *ec huic amicus perſtat ille familiæ.*
N*ut.* P *erimus igitur,ſi malum accedit malo*
N *ouum uetusto,donec exhaustum hoc erit.*
P*æ.* A *t tu quieſce,& comprime hæc ſilentio.*
N *am tēpus hauddum eſt, hoc heræ ut fiat palàm.*
N*ut.* 85 A *udite pueri, qualis in uos sit parens.*
P *erire nolim , dominus eſt enim meus:*
V *erùm erga amicos perfidus deprenditur.*
P*æ.* P *ublica querela est iſta, iamdudum ipſa ſcis,*
» S *ibi malle cunctos eſſe bene,quàm proximo:*
» 90 H *unc iure,at alium commodo addictum ſuo.*
S *i charitati liberûm ſponſam pater*
P *ræfert* I*ason,nil facit certè noui.*
N*ut.* I *ntrò ite pueri,cuncta ſuccedent bene.*
A *t tu ſeorſum hos contine, quantum potes,*
95 N *éue ad parentem propius accedere ſinas.*
I *ra frementem nuper,oculis flammeis*
V *idi minantem neſcio quid istis:neque*
I *mponet iræ frena , donec quempiam*
F *eriat.in hostes potius utinam hunc impetum*
100 F *ortuna,amicis incolumibus,transferat.*

I*nfelix*

<A.v.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Med. I *nfelix ego,miſeris curis*
C *onfecta, hei mihi quomodo perij!*
Nut. H *oc,hoc ipſum eſt,chari pueri,*
A *eſtuat ira animus genitricis.*
105 T *urget bilis, properate citò,*
T *ecta ſubite:*
N *éue accedite lumina propius,*
N *éue adieritis, ſed uitate*
A *nimumq; ferum, ac triſte ingenium*
110 M *entis præcipitis.iamiam ite,*
I *ntrò abſcedite celeri paſſu.*
N *am luctus dubio procul olim*
N *ubes ſurgens ſubitò ardebit*
M *aiore furore : ac patrabit*
115 A *liquid mentis uis infrenis,*
E *t ſerie stimulata malorum.*
Med. H *eu,heu,toleraui miſera , tole-*
raui mala magnis deflenda
L *uctibus.* O *nati ſcelerati*
120 V *os male perdat miſeranda parens*
C *um patre,ac tota domus pereat.*
Nut. M *e miſeram , cur natos patris*
P *eccato adſcribis ? cur illos*
O *diſti?hei mihi pueri miſerè*
125 M *etuo ne quid ſecus eueniat.*
» G *rauis eſt regum fastus , & iræ*

<A.vi.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *imium memoris, qui dare leges*
S *unt ſoliti alijs,lege ſoluti,*
I *pſi.iudice me libertas*
130 P *ar,& uitæ æquatio præstat,*
S *eque aſſueſcere legibus æquis.*
S *i non regifico ſplendore,at*
T *utò conſenuiſſe licebit.*
N *am popularius æqui iuris*
135 P *rimum est nomen,& experiundo,&*
V *ſu longè præstabilius.*
» A *t ſublimia nunquam stabili*
» P *erſtant homini fixa pede diu,ac*
S *iquando ſors læua intonuit,*
140 H *oc ex fonte innumeræ luctus*
V *ndæ in ſplendida tecta redundant.*
C*ho.* V *ocem audiui,audiui planctum*
M *iſeræ* Colchidos.*animi nondum*
A *eſtus compoſuit.f*[a]*re age anus.*
145 I *n ueſtibulo stans audiui*
I *ntra atria clamorem.haud lætor*
V *eſtræ mulier luctu domus,*
A *c mihi minimè grata geruntur.*
N*ut.* D *omus heu perijt.*
150 D *eſerta omnia . detinet illum*
A *ula tyranni,ac contabeſcit*
L *uctu in thalamis hera,amicorum*

N*ullo*

<A.vi.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *ullo mollita animum hortatu.*
Med. H *eu heu,ruat in caput hoc miſerum*
155 F *ulmen ab æthere.quis mihi ſupereſt*
D *ehinc uitæ uſus,uiuere ut optem?*
E *heu longis tristem curis,*
P *arcæ,miſeram abrumpite uitam.*
Cho. A *udisti ô Iupiter,ô tellus,*
160 O *lux,quam uocem miſera edat*
M *ulier?quod tandem immoderatum*
T *halami deſyderium cogit,*
S *tulta,accelerare horam fati?*
I *ſtud ne expete.quòd ſi coniux*
165 C *onnubio tuus alio fruitur,*
I *d ne improperes illi crimen.*
H *anc tibi iudex* Iupiter *æquus*
D *irimet litem.ne te afflictes*
S *ocium lugendo tori.*
Med. 170 O *magna* Themi, *atque* Artemi *ſancta,*
C *ernitis,impius in me coniux*
Q *uale patrarit facinus, ſancto*
M *ihi iureiurando adstrictus?*
Q *uem cum ſponſa utinam ſimul ipſis*
175 A *edibus oppreßos conſpiciam,*
Q *ui immeritam læſere priores.*
O *pater,ô patria à me inhoneſtè*
G *ermano deſerta perempto.*

<A.vii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N*ut.* Q *uos uocet audis,quos imploret?*
180 T *hemin auguſtam, cum* I*oue,præſes*
Q *uì creditur eſſe ſacramenti.*
N *ec cohibere hera poterit facilè*
P *ectoris æſtus.*
C*h.* Q *ui fiet prodeat ut coram?*
185 A *uribus ut ſermonis noſtri*
V *ocem hauriat,ut,ſi pote fieri,*
A *cres animi leniat iras,*
A *c uiolentum ingenium ponat?*
N*ut.* H *audquaquam ſedulitas noſtra*
190 D *eerit amicis.*
C*h.* A *t abi mea tu,dominamque foras*
E *duc,atque alloquere.heus propera,*
N *e deſignet quicquam aſperius*
H *os aduerſum,quos habet intus.*
195 G *liſcit enim uis ſæua doloris.*
N*ut.* E *ffecta hæc dabo.Sed metuo ut heræ*
P *erſuadere queam.iſta labori*
G *ratia ueſtro à me referetur:*
E *tſi fœtæ more leænæ*
200 L *uminis acies flammea ſeruis*
T *riſte minetur , ſi quis propius*
V *t compellet,tentet adire.*
» N *il peccarit,ueterum læua ac*
» P *ræpostera qui uocet ingenia,*

Q*ui*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» 205 Q *ui cantus ad ſacra deorum,*
» A *d conuiuia, feſtasque epulas*
» I *nſtituêre,illecebras gratas*
» A *uribus: at ſuauiloquum carmen*
» N *emo inuenit quo ſedaret*
» 210 T *riſtes animi curas,unde*
» M *ortes,plurimaque mala erumpunt*
» E *uerſura domos.uerùm istis*
» C *antu medicari utilius erat.*
» A *d lautas epulas quid fruſtra*
» 215 I *lia tendunt, copia ubi dapis*
» P *ræſente animum lætitia explet?*
Ch. M *æsti luctus gemitus noſtras*
P *erculit aures,clamat miſera,*
I *lla,quam dolor edere cogit,*
220 V *oce,malum compellans ſponſum,*
V *eteris deſertorem thalami.*
L *æſa* Themin Ioue *natam implorat,*
A *rbitram iuriſiurandi*
Q *uæ illexit miſerā ad ſolum* Achiuûm
225 P *er mare ſæuum,*Scythiæ *aduerſum,*
P *er ponti immenſi ſpumantes*
C *ano ſale fauces anguſtas.*
Med. E *greſſa tecto ſum,*Corinthiæ *nurus,*
D *e me querendi ne ſit ulli occaſio.*
230 P *lerosq; noui,quòd ſeorſum degerent,*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

H *abitos ſuperbos:hos frequens præſentia*
F *ecit moleſtos:alius ingreſſus uiam*
V *itæ quietæ, ignauiæ ſubit notam:*
Q *uia iudicandi certa ueritas abeſt*
235 O *culis ab hominum,qui priuſquam pectoris*
N *orint receſſus intimos,uiſos modò*
O *dere,nullis prouocati iniurijs.*
E *rgo urbis hoſpes moribus ſe accommodet.*
N *ec laudo ciuem,contumax qui ciuibus,*
240 A *ſperque agresti degit inſolentia.*
A *tenim inopinum hoc quod mihi euenit malum,*
V *itam abſtulit uiuæ.pereo.uitæ exui*
I *amdudum amorem,amore mortis percita.*
I *n quo repoſita cuncta habebam,peßimus*
245 P *lanè uirorum me reliquit uir meus.*
» N *ihil miſerius feminis,terra,omnium*
» Q *uaecunque uiuunt,menteque uigent,edidit.*
» P *rimùm neceſſe eſt opibus immenſis uirum*
» E *mere, ſuique accipere dominum corporis.*
» 250 A *ccedit aliud huic malo grauius malum,*
» I *n quo periclum maximum, frugi uir, an*
» N *equam:mulieri repudium infame eſt,neque*
» S *ponſæ maritum ius recuſandi eſt ſuum.*
» I *n iura moresque uenientem opus est nouos*
» 255 P *lanè ariolari:quippe quæ haud didicit domi*
» Q *uali marito ſeruiendum ſibi foret.*

E*t iſta*

<A.viii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» E *t iſta rectè cuncta cum curaueris,*
» S *i degat unà spontè uir patiens iugi,*
» B *eata uita eſt.ſin ſecus,præſtat mori.*
» 260 D *omeſticorum ſiquis offendat uirum,*
» F *oras profectus ſedat aegritudinem,*
» C *haris amicis iunctus,aut æqualibus:*
» A *t nos neceſſe eſt unius ab arbitrio*
» P *endêre,in unumque intueri:& interim*
» 265 V *itam periclis nos carentem degere*
» D *omi aſſeuerant , ferre ſeſe lanceam.*
» E *rrore ducti.nam ter in acie prius*
» A *rmata certem,liberos quàm edam ſemel.*
S *ed non utraſque hæc ſpectat æque oratio.*
270 H *æc nanque patria tibi,hic penates patrij,*
P *ræſidia uitæ, grata conuerſatio*
I *nter ſodales.contrà inops ego,patria*
E *xtorris,aſpra læſa contumelia,*
A *coniuge ſolo aduecta præda barbaro.*
275 N *on hic propinquus,mater,aut germanus eſt,*
A *d quos malorum afflicta tempeſtatibus*
M *e ueluti portum recipere in tutum queam.*
T *antiſper igitur impetrare abs te uelim,*
D *um mihi facultas aliqua,ratione ſuppetet*
280 Q *ua de marito expetere ſupplicium queam,*
O *b quæ patrauit immerenti,& plectere*
I *lli locatam cum parente filiam,*

B <i.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» S *is tacita.plena mulier alioqui metus,*
» I *nfirma,ferrum contueri haud ſuſtinet:*
» 285 A *t in torum ſi quiſpiam peccauerit,*
» N *ullum cruoris pectus eſt ſitientius.*
C*h.* I *d fiet.etenim iure pœnas expetis*
M *edea, ſortem nec dolere te tuam*
M *iror.*C*reonta ſed uideo regem gradum*
290 F *erre huc, nouorum conſiliorum nuntium.*
C*r.* T *e,torua,uultu tetrico,iratam uiro*
M *edea,monui,regno ut extorris meo*
C *omitata geminis hinc abires liberis.*
V *etui morari. quandò decreti arbiter*
295 I *ſtius ego ſum,non reuertar hinc prius*
D *omum,exulem quàm finibus protruſero.*
M*ed.* H *ei pereo,penitus undecunq; miſerrima.*
O *mnes rudentes explicant hostes mei:*
M *ali nec uſquam commodus datur exitus.*
300 A *fflicta quanuis peßimè,id quærā tamen,*
Q *uæ cauſa regno me exigere cogit* C*reon?*
C*r.* T *e metuo*(*quorſum falſa opus praetēdere?*)
L *etale gnatæ ne exitium struas meæ.*
C *auſæ timorem ſuggerunt hunc plurimæ.*
305 S *agax es,artes gnara longè peßimas,*
G *rauiterq; tædis orba fers diuortium.*
E *t nunc minari fama te refert malum*
S *ponſoque,ſponſæque,& nouæ nuptæ patri.*

A*t*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

A *t id prius quàm fiat , anteuortere*
310 V *olo cauendo.præftat autem odium tuum*
N *unc ferre, fera quàm, peracto facinore,*
H *anc lenitatem luere pœnitentia.*
Med. N *on fama primùm nunc nocet* Creon *mihi*
M *iferæ, fed antè damna non femel dedit.*
» 315 Q *uicunque uera præditus prudentia eft,*
» N *e difciplinis liberos impenfius*
» E *ruditat æquo,nec fapere doceat nimis.*
» N *am pigra præter quæ fequuntur ocia,*
» O *bliquus urget liuor illos ciuium.*
» 320 A *pud imperitos fcita fi fophiæ noua*
» P *romas,ineptum rentur,atque inutilem.*
» A *t fi putere denuo præcellere*
» H *os qui fophorum authoritatē uendicant,*
» E *ris molestus.idque adeò mihi euenit.*
325 P *erita cum fim,hos urit inuidentia:*
H *is ociofa dicor : illis difplicet*
D *iuerfa uitæ ratio:nec defunt quibus*
O *beffe uidear mediocri hac fapientia.*
T *u quoq; uereris ne quid in te perpetrem.*
330 N *on hic mearum,ne time,rerum eft ftatus,*
R *eges ut à me metuere deceat ,* Creon.
A *t tu quid in me perpetrasti iniquius?*
N *atam elocafti cui tibi lubitum eft uiro:*
A *t ego maritum profequor odio meum.*

*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

335 N *ec temerè opinor ista geßiſti:neque*
R *ebus ſecundis inuideo:quin nuptias*
F *acite,beati uiuite:latebras fugæ*
P *ermitte tantùm hic.læſa licet,iniurias*
M *uſſabo:diſcam cedere melioribus.*
Cr. 340 S *pecioſa ſunt hæc,blandaque auribus,tamen*
V *ereor,repostum ne coquas animo malum.*
A *tque adeò,tanto credo quàm pridem minus.*
» P *ræcipitis iræ mulierem,aut etiam uirum,*
» V *ites facilius,quàm modestum atque tacítum*
345 D *eſine morandi fando cauſas nectere.*
A *bi:ſtatutum eſt ita:nec ars ulla faciet*
I *ſtic ut habites, me peroſa hostiliter.*
Med. P *er genua quæſo , perque deſponſam recèns.*
Cr. A *h,uerba perdis.neutiquam perſuaſeris.*
Med. 350 E *t me repelles,haud reueritus ſupplicem?*
Cr. E *quidem familiæ non meæ te præfero.*
Med. O *patria, ſubijt nunc recordatio tui.*
Cr. Q *ua nil ſecundum liberos mihi charius.*
Med. O *amor, hominibus peſtis exitiabilis.*
Cr. 355 P *erinde opinor, res uti ſeſe dabit.*
Med. Q *uis author horum,tu memento* Iuppiter.
Cr. A *bſcede, inepta, meque curis libera.*
Med. C *uræ premunt me, nec egeo curis nouis.*
Cr. H *inc exigêre ſubitò ſeruili manu.*
Med. 360 N *oli obſecro, ſed id te ſine exorem* Creon.

Adhuc

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Cr. A *dhuc moleſta mulier eris,uti uideo.*
Med. A *bibo.non,hoc ut precibus impetrem,ago.*
Cr. Q *uorſum igitur urges,nec meo abſcedis ſolo?*
Med. V *num inſtruendæ modò fugæ indulge diem:*
365 E *t quandò curam hanc genitor abiecit,ſine*
M *e comminiſci liberis opem ultimam.*
M *iſereſcat horum.nam & tibi ſunt liberi.*
P *arens parentis calamitatibus faue.*
N *am nulla cruciat cura me exsilij mei,*
370 S *ed liberorum miſeriæ me macerant.*
Cr. H *aud impotenti mente ſum,& tyrannica:*
Q *uin ſæpe damno mihi meus pudor fuit.*
E *t nunc apertè mulier erratum meum*
P *ræuideo.uerùm uince,quod uis accipe.*
375 P *ræmoneo tamen id, ſi morantem craſtinus*
H *ic te uidebit* Phœbus *, ac natos tuos,*
A *ctum eſt,periſti,fixa ſtat ſententia.*
N *unc, ſi neceſſe eſt,lucis unius moram*
P *ermitto.nam nil interim patraueris*
380 H *orum,timore quæ me habent nunc anxium.*
Cho. I *nfelix mulier, miſera, malis*
M *iſeris obnoxia, quò tandem*
T *e uertes? cuius amicitiam,*
C *uius tectum,aut terram inuenies*
385 P *ortum malis?*
T *raxit ineluctabile fatum*

B *iij* <*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

I *n mare te* Medea *malorum.*
Med. M *alè cuncta cedunt undecunque.quìs neget?*
S *ed ne putetis peßimè hac ſuccedere,*
390 S *ponſis adhuc mihi pugna ſuperest cum nouis:*
I *ngens futurus eſt labor cum affinibus.*
C *redis tyranno quiſſe me palparier,*
N *i ſubfuiſſet ſpes lucri uel ſpes doli?*
S *upplex fuiſſem? contigiſſem illi manum?*
395 A *t ille tanta præditus uecordia eſt*
V *t cum liceret obuiàm conatibus,*
S *i me expuliſſet,ire,permiſit diem*
H *unc me manere:tres ego hoſtes qua meos*
M *actabo,patrem,filiam, meum uirum.*
400 S *ed tanta leti cum facultas ſuppetat,*
V *nde inchoabo,dubia,amicæ,fluctuo.*
S *ubdámne thalamis nuptialibus faces?*
A *n ferro acuto rupta fodiam pectora,*
I *ngreſſa furtim tectum ubi torus sternitur?*
405 S *ed me moratur una res: ſi capta ſim*
I *n tecta ſcandens,per dolum dum rem gero,*
P *erempta riſus exhibebo maleuolis.*
A *t uſitatam præstat inſiſtere uiam,*
C *uius perita ſum, necandi pharmacis.*
410 E *ſto,perierint:quod recipiet me oppidum?*
Q *uod erit aſylum?fida quæ fidi hoſpitis*
D *omus patebit, protegétue perfugam?*

N*uſquam*

<B.iii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *uſquam eſt.manebo paululum,dum ſtabilia*
A *licunde nobis præſidia ſeſe offerent.*
415 D *olis adoriar,clamque perfungar nece.*
S *i pellat hinc me fors ineluctabilis,*
M *ucrone peragam facinus ipſa uel palàm.*
L *ubens peribo, modò queam illos perdere.*
A *d culmen imus præcipitis audaciæ.*
420 R *egina nobis culta ſemper unicè*
H *ecate triformis,artis adiutrix meæ,*
T *e iuro,noſtra quæ colis penetralia,*
N *oſtro è dolore nemo referet gaudium.*
H *is luctuoſas atque acerbas nuptias,*
425 A *ffinitatem funebrem,& meam fugam*
R *eddam.eia cunctis utere ſimul artibus*
M *edea,cuncta conuoca conſilia.age,*
A *ggredere facinus. nunc opus constantia,*
A *nimoque forti.quæ feras,uides. caue*
430 V *t ne propines riſui nepotibus*
T *e Siſyphæis,nuptijsque* I*aſonis,*
T *e,patre claro,Soleque proauo editam.*
P *erita es ipſa,deinde nata fœmina,*
» I *gnaua quibus eſt mens honeſta ad omnia,*
» 435 A *d turpe ſupereſt facinus omne audacia.*
C*h.* R *etro ad fontes ſacra feruntur*
F *lumina,ius & fas uertuntur.*
H *ominum plena dolis conſilia,*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *ec pacta fides dijs ſat certa eſt.*
440 A *udiet ex hoc muliebre bene*
G *enus.accreſcet gloria nobis.*
N *on iam deinceps fama ſiniſtra*
T *raducet fœmineum ſexum.*
E *x hoc mutabit* M*uſa modos*
445 V *atum priſcorum,qui cantu*
M *uliebrem celebrant perfidiam.*
A *t ſi cœleſte melos citharæ*
N *os docuiſſet carminis author*
P *hœbus , paria audiſſet*
450 P *rogenies uirûm.*
S *ed multa potest longior ætas*
N *obis exprobrare, uirisque.*
A *t tu patriam deſeruisti*
A *nimi uecors,uecta gemellos*
455 T *rans ſcopulos ponti,ac peregrinam*
H *abitas terram,orbata cubilis*
T *ædis uidui, ac miſera hinc exul*
E *ijciere ignominioſe.*
P *erijt reuerentia iurisiu-*
460 *randi.nullus ſupereſt* G*raijs*
P *udor,in cælum ſed reuolauit.*
T *ibi uerò nec patria domus est,*
I *nfelix,in quam ceu portum*
P *erfugias e thalami curis.*

Sed

<B.iv.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

465 *S ed regina potentior*
O *ccupat aulam.*
I*aſ.* N *on nunc,sed antê ſæpe perſpectum eſt mihi*
» Q *uàm ſit malum impotens & immedicabile*
» I *ra aſpra.licitum fuerat & terra,& domo*
470 H *ic tibi frui,ſiquidem tuliſſes molliter*
P *otentiorum imperia,quæ nunc exulas*
O *b uana uerba, quae moleſtiam mihi*
M *inimè faceſſunt.perge,uti facis,dicere*
L *ongè uirorum peßimum eſſe* I*aſonem.*
475 A *t quæ in tyrannos blatteraſti,ſi exul es*
O *b hæc, recenſe pro lucro iuſſam fugam.*
E *go ſæuientum molliebam principum*
A *nimos feroces,ne exulares:tu tamen*
S *tulta eſſe pergis,prodigens conuitia,*
480 D *irisque reges deuouens.itaque exulas.*
N *ec iſta amicos me mouent ut deferam.*
A *dſum,tuisque commodis mulier uaco,*
V *t ne recedas hinc inops cum liberis,*
» E *géns ue rerum.multa ſecum incommoda*
» 485 F *erre fuga ſueuit.ſed nec indignè fero,*
N *ec uelle poſſum male tibi,etſi me oderis.*
M*ed.* O *peßime undequaque.nam imbecillitas*
C *onuitiari me ſinit tantùm mea.*
M *e adiſti,adiſti, maximè mortalium*
490 E *xoſe dijsque,mihique,cunctisque hominibus.*
<B.v.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» N on fortitudo eſt iſta,non fiducia,
» L æſos amicos contueri comminus,
» S ed morbus unus omnium grauißimus
» A dditus hominibus, impudentia.id tamen
495 A bs te probè actum eſt,quòd adieris: ego ut leuem
A nimum dolore, iurgia in te congerens:
E t tu uiciβim ſentias moleſtiam.
E t primùm,ut à primis initijs ordiar,
S alutis author tibi fui, ut Graij ſciunt,
500 Q uoſcunque tecum uexit Argo Pelias.
F lammam uomentes iuſſus es tauros iugo
S upponere,& letale ſulcis condere
S emen,draconem ſæpe in orbes nexilem,
C ircunuolutum uellus auro fulgidum, &
505 S opore nunquam feſſa uictum lumina
F allere:perempto tibi dedi illo cernere
V itale lumen:prodito patre et domo,
A pplicui Iolchon te ſecuta,tibi nimis
H ic obſecundās,ac mihi parum prouidens.
510 P eliam peremi,morte qua nulla grauior,
M anu ſuorum liberorum.ſuſtuli
T ibi metum omnem.tu tot ob beneficia
N os prodidiſti, prædo perfidißime,
N ouas ſecutus nuptias,poſt liberos
515 D e me creatos.orbus etenim ſi fores,
V eniam dediſſem coniugis cupido nouæ:

Dein

<B.v.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

D *ein peieratis dijs fides fluxa:ac ſatis*
S *tatuere nequeo,quos putabas tum deos*
R *egnare,credas nunc quoque,an potius nouum*
520 I *us eſſe fasque traditum mortalibus,*
V *t qui tibi ipſi es conſcius periurij.*
O *tacta ſæpe dextera,ô ſæpe genua*
F *ruſtra prehenſa tibi manu infidiβima,*
V *t ſpes fefellit ! age,uelut amicū adloquar,*
525 S *perantis inſtar aliquod abs te commodum.*
E *tenim rogando detegam ſcelus tuum.*
Q *uò nunc reuertar?ſpreta quò me confer*ᵃ*?*
A *n ad penates patrios,ac patriam,*
Q *uam,te ſecuta,prodidi?an potius petam*
530 P *eliæ miſellas filias,quæ me hoſpitem*
T *ractent benignè patris ob necem ſui?*
S *ic eſt,amicos perdidi domeſticos:*
Q *uos non decebat afficere me iniuria,*
T *e propter,hoſtes uniuerſos reddidi.*
535 E *rgo beatam inter* Pelaſgidas nurus
M *e reddidiſti pro his beneficijs.uirum*
S *um ſingularem nacta,fidumque miſera.*
S *i profuga cogor hoc ſolo egredier, inops,*
D *eſerta amicis,ſola,ſolis liberis*
540 C *omitata,pulchrum elogium erit ſponſo nouo*
M *endica proles,exulans,cum coniuge,*
C *ui debet,aura quòd fruitur.*O I*uppiter*

<B.vi.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» A *dulterini indicia cur certa hominibus*
» A *uri dediſti, ſed uirûm in corpore nota*
» 545 I *mpreſſa nulla eſt unde noſcantur mali?*
C*h.* G *rauis ira res eſt,& malum infatiabile*
» A *mici amicis conſerunt cum iurgia.*
I*aſ.* M *e,ut uideo,oportet eloquendi eſſe haud rudem,*
V *erùm gubernatoris inſtar callidi*
550 E *ffugere ſumma linteorum margine*
L *oquacitatem mulier iſtam futilem.*
E *go, beneficium quandò nimium exaggeras,*
V *enerem ſalutis autumo auctorem meæ,*
D *ucemque curſus,nec deûm aut hominum alteri*
555 D *ebere ob illa ſentio me gratiam.*
I *ngenij acumen acre ſuppetit tibi:at*
O *rationis arrogans iactantia eſt,*
E *a cum recenſes,quæ coacta feceras*
A *more,duris nos ut è laboribus*
560 E *ruere poſſes.illa tamen examine*
L *ibrare nolo exactiore.ſicubi*
P *rofueris, agnoſco libens beneficium.*
A *t,ut docebo te,incolumitate ex mea*
P *lus quàm dediſti,ad te redundat commodi.*
565 P *rimùm,*P*elaſgam,patria pro barbara,*
T *erram colis,ubi lex & aequitas uigent,*
N *ec iura cedunt gratiæ uel uiribus.*
O *mnesque doctam te eſſe* G*raij intelligunt:*

F*amaque*

<B.vi.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

F *amaque flores.finibus ſi in ultimis*
570 O *rbis habitares,mentio haud fieret tui.*
M *ihi nec aurum ſit domi aggeſtum, neque*
O *rphea canendo ſuauitas quæ uicerit,*
S *plendore ſi non ſortis hæc decoret fauor.*
H *æc dicta noſtris ſint ſuper laboribus,*
575 C *ontentionem quandò ad hanc me prouocas:*
A *t quæ exprobraſti regijs de nuptijs,*
P *rimùm,reperies hic ſapere me,dein uirum*
E *t temperantem,& tibi,meisque liberis*
F *idelem amicum.ſed quieſce tu interim.*
580 V *t me* Corinthon *ex* Iolcho *contuli,*
C *umulo malorum inexplicabili obrutus,*
Q *uid comminiſci commodum potui magis,*
Q *uàm ſi puellam regiam exul ducerem?*
N *on*(*quod tibi ægre eſt*)*quòd torum odiſſem tuū,*
585 S *ponſæque amore ſaucius forem nouæ,*
N *ec numero ut ulli liberûm contenderem.*
S *at liberorum eſt.de ſobole nil conqueror.*
S *ed,quod putandum plurimi eſt,ut ſplendidè*
A *euum exigamus,neue penuria premat,*
590 Q *uippe indigentes qui fugere procul ſciam*
C *unctos amicos:utque familiæ meæ*
P *ro dignitate,liberos educerem,*
E *x teque natis gignerem fratres,pares*
Q *uos ſimul honorum per gradus producerem,*
<B.vii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

595 M *eamque poſtquam conſtabilijſſem domum,*
F *elix ut eſſem.liberis ſanè tibi*
H *aud eſt opus alijs:mihi uerò utile eſt*
C *onſulere natis per futura pignora.*
N *um cogitaſſe uideor abſurde? torus*
600 M *odò ne angat animum,haud iſtud ipſa dixeris.*
» A *t eò mulierum creuit impotentia:*
» S *i coniugalis ſalua ſit fides tori,*
» T *um cuncta rectè creditis ſuccedere.*
» S *in hac ſiniſtrè parte quidquam euenerit,*
» 605 Q *uæ chara fuerant,ſunt ſtatim inimiciβima.*
» A *t quàm fuiſſet procreaſſe liberos*
» A *liunde melius,nec fuiſſe fœminas?*
» E *xempta quantis uita foret hominum malis !*
C*h.* H *æc pulchrè* I*ason perpolita oratio eſt,*
610 A *t mihi uidere*(*inuita quanuis,proloquar*)
E *giſſe iniquè,coniugem cum proderes.*
M*ed.* Q *uàm noſtra uulgo diβidet ſententia !*
» O *rationis qui probus erit artifex,*
» F *actisq; iniquis,hunc reor grauiβima*
» 615 P *œna eſſe dignum.nam quæ iniqua comere*
» S *e gloriatur lingua,non maleficio*
» V *llo abſtinebit,ac uacua ſapientiæ eſt.*
I *gitur omitte ſplendidis coloribus*
F *ucare uerum,& eloquendi uiribus.*
620 V *erbo quidem uno te ſubitò confecero.*

Siquidem

<B.vii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

S *iquidem fuiſſes uir bonus, te oportuit*
N *on hæc amicis clam peregiſſe,at prius*
M *e perſüaſa nuptias facere nouas.*
I*aſ.* Q *uin paruiſſes mihi ſüadenti probè,*
625 S *iquidem indicaſſem nuptias,quæ nec modò*
T *umidi minuere pectoris bilem potes.*
M*ed.* N *on hæc mouebat cauſa te,ſed barbaras*
T *ædas ſenectam adusque,fore putaueras*
P *arùm decoras.* I*aſ.* T*ibi uelim id perſuadeas,*
630 N *on me ſecutum regijs his nuptijs*
C *upidinem uxoris, ſed, uti dixi prius,*
T *uæ ſaluti conſulebam,ac liberis*
M *eis,uti de ſtirpe fratres regia*
D *omui futuros præſidia progignerem.*
M*ed.* 635 N *e mihi dolori iuncta ſit felicitas,*
O *pesque,quæ cor triste curis ulcerent.*
I*aſ.* H *æc uota uertes,tibique melius conſules*
P *recando,ne quod utile eſt,triſte id putes:*
N *ec cum ſecundæ res erunt,te eſſe miſeram.*
M*ed.* 640 I *llude.perfugium tibi inuentum eſt.ego*
D *eſerta cogor his profugere finibus.*
I*aſ.* T *ibi author ipſa es,ne alteri id des crimini.*
M*ed.* Q *uinam?nouis quòd prodidi te nuptijs?*
I*aſ.* D *iris tyrannos exsecrandis deuouens.*
M*ed.* 645 E *t execratur ueſtra me inuicem domus.*
I*aſ.* Q *uot his ſuperſunt plura, quæ haud redarguo?*

<B.viii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

A *t ſiqua poſcis præſidia tuæ fugæ,*
N *atisue,noſtris ex opibus accipere,age*
P *rofer, parato liberali dextera*
650 D *onare, noſtros teſſeras ad hoſpites*
D *are,ut exsulantem recipiant humaniter.*
H *æc ſi recuſes mulier,haud rectè ſapis.*
I *ram remitte:conſules tibi melius.*
M*ed.* T *uis nec uti uolumus hoſpitibus, neque*
655 A *ccipere quicquam,nec dederis aliquid mihi.*
» N *am quæ mali dant dona proſunt nemini.*
I*aſ.* A *t ego deorum ſancta teſtor numina,*
N *atis paratum cuncta me dare,tibique.*
S *ed tu recuſas optima,& ferocia*
660 F *ugas amicos,ac malo id quidem tuo.*
M*ed.* I, *ſponſam amatam uiſe.nimium demoror*
A *b eius oculis te procul.agite,nuptias*
F *acite. fauentes fortè ſi reſpexerint*
N *os dij,pigebit apparaſſe nuptias.*
C*h.* 665 S *i iuſto amores acrius*
H *umana corda uulnerent,*
V *irtus faceßit,deperit*
F *amæ decus.ſed ſi* Cypris
G *radu modeſto uenerit,*
670 N *emo deorum eſt gratior.*
R *egina* Cypris,*aureo*
E *x arcu ineuitabilem*

I*n me*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

I *n me ſagittam haud torſeris,*
A *moris unctam nectare.*
675 M *i grata temperantia,*
M *unus deûm pulcherrimum.*
I *nfrenis iracundia,*
R *ixoſaque æmulatio,*
M *entem mihi ne ſaucient*
680 V *lla dolentem pellice,*
O *ſancta* C*ypris,quæ toros*
A *mas carentes litibus:*
P *arata promptè expendere*
L *ecti iugalis crimina.*
685 O *patria, ô ædes meæ,*
N *unquam exul,& conſilij inops*
A *euum moleſtè tranſigam,*
C *onfecta miſeris luctibus.*
O *fata, fata tollite*
690 E *x hoc prius me lumine.*
» I *nter moleſta cuncta nil*
» M *oleſtius cognouimus,*
» P *elli ſolo quàm patrio.*
N *ec id relatu didicimus*
695 A *lterius.haud te ciuitas*
M *iſeratur, aut æqualium*
Q *uiſquam grauiβimis malis*
» P *reſſam.male pereat miſer,*

C<i.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» M *iſerabilisque nemini,*
» 700 Q *ui,cum licet,nullo colit*
» O *fficio amicos:nec aperit*
» S *yncera clauſtra pectoris.*
M *ihi quidem amicus nunquam erit.*
Aeg. M *edea ſalue.hoc pulchrius proœmium*
705 N *emo habet,amicos quo ſalutarit ſuos.*
Med. S *alue propago prouidi* Pandionis
A *egeu.unde in iſtud contuliſti te ſolum?*
Aeg. P *hœbi uetuſtum deferens oraculum.*
Med. C *ur umbilicum faticanum adiſti ſoli?*
Aeg. 710 P *rolis cupido conſulere adegit deum.*
Med. E *t ſobolis orbus,per deos,æuum exigis?*
Aeg. O *rbus,uoluntas quandò ſic tulit deûm.*
Med. C *œlebs ne,uinctus an iugali copula?*
Aeg. H *aud nuptialis fuimus expertes tori.*
Med. 715 Q *uid tandem* Apollo *rettulit de liberis?*
Aeg. C *armen facultatem ſupra humani ingeni.*
Med. R *eſponſa nobis noſſe num fas eſt dei?*
Aeg. F *as eſt.peritæ nanque mentis indiget.*
Med. Q *uid ergo dixit?ſcire ſi fas eſt,refer.*
Aeg. 720 V *tri eminentem ſoluere uetuit pedem.*
Med. N *empe antequā facias quid, aut quem adeas locū.*
Aeg. P *rius paternam quam adiero rurſus domum.*
Med. T *u cuius ergô ad hancce tellurem uenis?*
Aeg. P *ittheus tyrannus quiſpiam eſt* Trœzenius.

P*elopis*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Med. 725 P *elopis,ut aiunt,filius ſanctißimus.*
Aeg. C *ommunicare oraculum cum illo uolo.*
Med. S *anè peritus talium & gnarus uir eſt.*
Aeg. M *ihique amicos inter acceptißimus.*
Med. S *it auſpicatum quicquid animo deſtinas.*
Aeg. 730 C *ur corpus,oculusque ita tuus contabuit?*
Med. A *egeu,maritus peßimus hominum eſt meus.*
Aeg. Q *uid ais? apertè profer ægritudinem.*
Med. I *mmeritam* Ia*ſon afficit me iniuria.*
Aeg. Q *uinam?profare quicquid eſt ,apertius.*
Med. 735 H *abet ſupra me coniugem domus heram.*
Aeg. N *empe auſus iſtud facinus eſt fœdißimum?*
Med. S *ic eſt.priores nunc amicos deſpicit.*
Aeg. A *more captus,an torum exoſus tuum?*
Med. I *ngenti amore,nec ſuis fidus manet.*
Aeg. 740 V *aleat,malitia ſi modò eſt qua prædicas.*
Med. A *ffinitatem concupiuit regiam.*
Aeg. Q *uis coniugem illi dederit,hoc ediſſere.*
Med. I *s,qui* Corinthi *ſceptra moderatur* Creon.
Aeg. V *eniam meretur mulier iſte tuus dolor.*
Med. 745 A *d hæc & exul hoc miſera pellor ſolo.*
Aeg. A *quo?recens hoc denuo narras malum.*
Med. R *egno exulare me* Creon *iſto iubet.*
Aeg. S *init hoc* Ia*son?nec equidem hoc facinus probo.*
Med. V *erbo repugnat, exigi re non uetat.*
750 S *ed te per iſtud oro mentum,per tua*

C *ij<r>*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

T *e genua ſupplex,ſupplices tendo manus,*
M *iſerere,miſerere mulieris miſerrimæ:*
N *ec orbam amicis,exulemque deſpice.*
R *egno domoque contubernalem excipe.*
755 S *ic efficacem ſortiantur exitum*
Q *uæ à dijs petiſti liberis ſuper,ipſeque*
M *oriar felix.comminiſci haud alteram*
Q *ualis repert eſt ſpontè,potuiſſes uiam.*
D *ehinc faxo ne ſis ſterilis,& ſobole domum*
760 F *undabo ueſtram.tale noui pharmacum.*
Aeg. P *ermulta ſunt cur facere tibi gratum hic uelim.*
P *rimùm deorum,liberûm dein gratia*
Q *uos polliceris.muneri nanque huic ego*
I *nefficax ſum totus.ita profectò habet.*
765 T *u ſi* Cecropium *adueneris ſolum,hoſpitem*
R *ecipere nitar,cultor ut iuſti unicè.*
P *ræmoneo tantùm id te mulier,ex hoc ſolo haud*
T *e duco:uerùm ſpontè ſi perueneris*
N *oſtras ad ædes,tuta mecum manſeris.*
770 N *ec uim time.te neutiquam dimiſero.*
Q *uin effer ipſa ſpontè greſſum hinc.nam id uelim,*
M *e criminandi ne ſit hoſpitibus locus.*
Med. I *d fiet: at ſi dederis,ita fore hæc,fidem,*
V *otis abunde ſatis erit factum meis.*
Aeg. 775 M *ihi ne parum credis? quid hic eſt ſcrupuli?*
Med. C *redo: ſed odit me domus* Peliæ, & Creon:
N*ec me*

<C.ii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *ec me ut reuellant hi tuo ſines ſolo,*
I *uratus,ac uinctus ſacramento mihi.*
V *erbis ligatus, teſtibusque dijs,meus*
780 F *ies amicus,nec fidem præconibus*
Q *ui me repoſcent,facilè habebis.namque ego*
I *nfirma ſum:illis regna,uires,oppida*
L *argè ſuperſunt, ac opes tyrannicæ.*
Aeg. P *robè elocuta es mulier,atque prouidè.*
785 E *t quandò uiſum eſt ſic tibi, non abnuo.*
A *duerſus hoſtes hunc tuos prætendere*
P *otero colorem:tutiusque iſtud reor.*
P *præſidia muni,uerbaque ac deos præi.*
Med. I *ura ſolum terræ,patremque mei patris*
790 S *olem,deorumq; uniuerſum adijce genus.*
Aeg. Q *uid præbiturum,uel negaturum?refer.*
Med. Q *uòd non repelles exulem regno tuo:*
N *ec ſi meorum quiſpiam uelit hoſtium*
E *ducere,haud id uiuus & uolens ſines.*
Aeg. 795 T *ellurem & almum deiero* Solis *iubar,*
D *eoſque cunctos,firma fore quæ poſtulas.*
Med. S *at eſt.quid autem pœnæ erit ſi peieres?*
Aeg. Q *uæ peierantes pœna conſequi ſolet.*
Med. A *uibus ſecundis perge,cuncta rectè habent.*
800 E *go te reuiſam protinus,ubi fecero*
Q *uæ deſtinaui,& quæ uolebam, ubi aſſequar.*
Ch. A *t te pacifer hinc* Mercurius

C *iij<r>*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

I *ncolumem ad tua tecta reducat.*
Q *uæque agitas animo,perficere*
805 D *et tibi.nam generoſus*
M *ihi uir uiſus es* Aegeu.
M*ed.* O I*uppiter,*I*ouisque fas,faxque aurea*
P *hœbi, trophæum nunc feram illuſtriβimum.*
N *unc rectà ad ipſam tendimus uictoriam.*
810 S *pes expetendi de hoſte ſupplicij datur.*
N *am quà pericli ſupererat uel plurimum,*
P *ortus repertus natus eſt* P*andionis.*
P *oſthac rudentem principem ligabimus,*
C *urſum tenentes rectà ad urbem* P*alladis.*
815 N *unc cuncta prodam,mente quæ cœlaueram.*
A *c dicta crede ſeriò,quæ proloquar.*
M *ittam è miniſtris quempiam,qui* I*aſonem*
A *ccerſat ad me.pòſt ubi peruenerit,*
O *ratione blandiore colloquar.*
820 R *ectè uideri nuptias & ordine*
F *actas, quibus me bene merentem prodidit,*
N *ec parua ſecum ferre dicam commoda:*
P *etamque natis hic licere uiuere:*
N *on quòd relinqui liberos uelim meos,*
825 E *t hoſtium hic exponier ludibrio:*
S *ed ut puellam regiam perimam dolo.*
N *am dona ſponſæ quæ ferant, natis dabo,*
S *ubtile peplum,cum corona nexili*

E*x auro*

<C.iii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

E *x auro,ut iſtoc munere redimant fugam.*
830 Q *uòd ſi recepta dona corpus tetigerint,*
P *eribit ipſa,& quiſquis admorit manum.*
S *ic imbuentur efficaci pharmaco.*
A *tque hic loquendi de his mihi ſtatuam modum.*
S *ed corda mœror obruit,cum cogito*
835 Q *uantum ſuperſit perpetrandum dehinc ſcelus.*
M *actabo natos:nec manu quiſquam mea*
H *os liberabit.pòſt ubi turbauero*
P *enitus* I*aſonis domum,uertam ſolum*
P *rofuga, peremptis liberis chariβimis,*
840 C *æde inquinata dexteram nefaria.*
N *on eſt ferendum,fœminæ chariβimæ,*
R *iſus ut hoſti materia ſim.ſic eat.*
Q *uid enim relictum eſt cur iuuet dehinc uiuere?*
N *am nec patria,nec mihi domus,nec miſeriæ*
845 P *erfugia reſtant ulla. tunc inſanij,*
P *atrios penates cum reliqui, credula*
H *omini* P*elaſgo,qui fauente numine*
P *œnas rependet.nam nec ex me liberos*
V *iuos uidebit dehinc,nec è ſponſa noua*
850 G *ignet,uenenis ſed mala peribit malis.*
M *e nemo poſthac inſimulet ignauiæ,*
A *ut imbecillem deſidémue cenſeat.*
Q *uin contrà amicis beneuolam,hoſtibus grauem.*
N *am quiſquis iſtis præditus erit moribus,*

C *iiij<r>*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

855 A *euum perenni laude clarum tranſiget.*
A *rcana nobis quandò credis pectoris,*
P *rodeſſe cupio tibi,ac tueri publicum*
M *ortalium ius,fasque.quare ſuadeo*
N *e tam nefando ſcelere te contamines.*
Med. 860 H *æc fixa perſtant.ac tibi ignoſci poteſt*
I *ſtæc loquenti,quæ pari haud premerís malo.*
Ch. M *actare ſobolem mulier audebis tuam?*
Med. I *d nempe coniunx maximè indignè feret.*
Ch. E *t tu miſerijs maximis cumulaberis.*
Med. 865 S *ic eat. inanis omnis eſt oratio,*
A *b inſtituto quæ refrenet.uerùm age,*
O *pera fideli ſemper utimur tua*
A *d cuncta, tectam quæ fidem deſiderant.*
A *dduc maritum.at ne reuela regibus*
870 C *onſilia nostra,ſi ſapis,& es fœmina.*
Ch. C *ecropidæ, quondam felices,*
E *t ſancta deûm ſoboles,*
A *rua inuicta ac ſacra colentes,*
A *urea quos ſapienta paſcit,*
875 L *ucida puræ per ſpacia æthræ*
T *raducentes molliter æuum.*
V *bi caſtas quondam* Pieridas
F *ama nouem peperiſſe*
N *arrat flauam* Harmonien,
880 V *bi pulchriflui flumina propter*

C*ephiſi*

<C.iv.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

C *ephiſi* V*enerem aiunt feſſam*
M *ollibus exhalando flabris,*
E *t blandum ſpirantibus auris*
C *ampos afflauiſſe beatos,*
885 D *um nectit purpuream roſeo ac*
S *uaueolenti è flore coronam*
A *mbroſiæ comæ.*
I *n quam, ut referunt,comites ſophiæ*
M *iſit amores,omnigenæ eſſent*
890 V *t uirtutis opitulatores.*
Q *uinam ſacrorum fluuiorum*
V *rbs,& cunctis hoſpita tellus*
T *e uenientem accipiet , ſobolis*
E *xecranda cæde cruentam?*
895 Q *uin expende hic inter amicos*
Q *uantum aggrediare nefas.animum*
R *efer ad triſtia funera prolis.*
N *e,per genua oramus pariter*
C *unctæ,ne progeniem perimas.*
900 V *nde hæc cruda audacia cordi?*
V *nde hæc cæca temeritas?natis*
N *empe inferre manum pote proprijs?*
Q *uinam immunes fletibus oculos*
I *n natorum funere habebis?*
905 C *um procumbet ſoboles ſupplex*
I *nter cædem,miſeranda animi*
<C.v.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

S *anguine poteris tingere dextram.*
I*aſ.* A *duenio iuſſus.quamlibet ſuccenſeas*
H *ic tibi deeſſe nolui. ſed expedi*
910 E *cquid requiras modò nouæ ex nobis rei.*
M*ed.* I *aſon,oro,quicquid in te dixerim,*
I *gnoſce.noſtra ſiquid iracundia*
A *ſperius egit,te remittere id decet*
B *eneficiorum memoriæ communium.*
915 N *amque ipſa mecum ſola dum ratiocinor,*
M *e me reprendi. miſera,cur inſanio?*
I *nfenſa cur ſum recta conſulentibus?*
H *oſtis tyrannis ſum,uiroque,qui facit*
Q *uod utiliſſimum eſt mihi,ſociam tori*
920 D *um rege natam ducit,ac natis meis*
F *ratres creabit.non furoris impetum*
F *renare par eſt?quid fero,cum præbeant*
D *ij cuncta abunde?non mihi ſunt liberi?*
O *rbos amicis uideo nos,& exules.*
925 H *æc mente uoluens, quanta uis inſaniæ*
M *e tenuit, iramque immerentem intelligo.*
Q *uin laudo nunc te,prouidumque iudico,*
Q *ui tam potentem affinitatem adiunxeris.*
E *go ſtulta certè, conſili quæ particeps*
930 I *ſtius eſſe, quæ miniſtra debui*
A *dſtare lecto coniugis nouæ,atque ei*
G *ratum quod eſſet, facere.uerùm nos ſumus*

N*on*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» N *non dico peſtis quanta,certè fœminæ.*
S *ed te malorum non decet fieri æmulum:*
935 E *t stulta ſtultis dicta dictis reddere.*
I *nſaniebam,fateor,antè:cedo nunc.*
C *onſultius deliberaui. ô liberi,*
O *liberi , huc accedite,exite huc,domo*
P *rodite,complectamini,alloquamini*
940 C *um matre patrem:priſtinum deponite*
O *dium in amicos cum parente priſtinos.*
I *am fœdus ictum eſt.ira ceßit.dexteram*
P *rehendite.hei mihi,ſubit animum mali*
M *emoria tecti.* O *liberi, an ſuperſtites*
945 E *xporrigetis dexteras charas diu?*
H *ei miſera,lachrymis nuper obſita & metu,*
O *dium paternum tempus ubi iam lenijt,*
R *igare fletu cogor ora denuo.*
C*ho.* E *t nostra liquidis ora fletibus madent,*
950 P *ræſente maius ne quod accidat nefas.*
I*aſ.* H *æc laudo mulier.illa nec grauiter fero.*
» P *ar eſt profectò fœmina uti ſuccenſeat.*
» N *ouas marito contrahenti nuptias.*
A *t ſaniora conſilia tuus animus*
955 A *dmiſit:ipſaque admonente tempore*
F *ideliorem percipis ſententiam:*
Q *uod eſſe munus fœminæ arbitror probæ.*
N *ec oſcitanter filij chariβimi*
<C.vi.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

V *eſtræ ſalutis inita ratio est à patre,*
960 S *iquidem fauentes habeat inceptis deos.*
N *am ſpero terræ uos adhuc* Corinthiæ
O *lim futuros principes cum fratribus.*
S *ed creſcite modò:cætera expediet pater,*
D *iuumque quiſquis nos benignus aſpicit.*
965 V *tinam ex ephebis exeuntes uos probè*
V *ideam institutos,ſuperioresque hostibus.*
S *ed cur tenellas uda lachrymis genas*
M *œres,retrorſum flexa uultus candidos?*
N *ec hæc libenter auribus uerba imbibis?*
M*ed.* 970 N *il. liberorum memoria animum perculit.*
I*aſ.* B *ono animo es.istis ego probè proſpexero.*
M*ed.* F *iet,tibi parebo.uerùm fœmina*
» S *um.natus autem ſexus hic ad lachrymas.*
I*aſ.* C *ur tantopere uerò ingemiſcis pignora?*
M*ed.* 975 E *a nempe peperi.cum precarer proſperè*
H *is,me ſubibat tacita commiſeratio,*
A *n certa ſint hæc uota.Sed qua gratia*
H *uc te uocaui, ex parte dictum:cætera*
E *go in memoriam ſuggeram.cum regibus*
980 V *iſum ſit iſto me relegare è ſolo,*
I *d eſſe uideo commodißimum mihi,*
P *rincipibus ut ne ſim impedimento, & tibi,*
H *ic commorando:quippe cum infenſa uidear*
A *ulæ.exulatum propero.uerùm liberi*

V*t*

<C.vi.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

985 V *t educari patria poβint manu,*
R *oga* C*reontem ne iubeat eβe exules.*
I*aſ.* C *ertum experiri,at neſcio an perſuaſero.*
M*ed.* A *t tu iubeto ſponſa genitorem ut roget,*
H *inc exulatum ne releget liberos.*
I*aſ.* 990 F *iet.& opinor impetraturam, niſi*
A *cæterarum diſcrepabit moribus.*
M*ed.* E *t ego laboris huius adiutrix ero.*
N *am dona mittam,pulchrius quibus nihil*
N *unc inter homines eſt,ſat id ſcio,peplum*
995 T *enue ferentes filios,& aureum*
O *rbem coronæ.Sed ministrorum illico*
A *liquem neceſſe eſt ferre mundū hunc muliebrem.*
F *elicitate non fruetur ſimplice,*
S *ed mille ſanè commodis cumulabitur,*
1000 T *e nacta thalamo coniugem, uirum optimum,*
A *depta cultus quos patris mei pater*
P *hœbus , ferendos posteris dedit ſuis.*
H *æc capite manibus dona nuptialia*
N *ati,ac beatæ ferte ſponſæ regiæ.*
1005 N *on reſpuenda capiet utique munera.*
I*aſ.* C *ur ipſa tete stulta ſpolias his ? putas*
V *llis egere regiam peplis domum,*
A *uróue? ſerua,ne dederis hæc.ſat ſcio,*
A *licuius eſſe ſi putabit me preci,*
1010 A *uro maritum ſponſa longè præferet.*

<C.vii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Med. O *mitte, flecti muneribus aiunt deos.*
» O *ratione qualibet potentius*
» A *pud homines aurum eſt. fouet felicior*
I *llam aura fortis.cuncta fortunat deus*
1015 I *lli.puella regnat,ego fugam haud modò*
A *uro ſed anima liberûm redimam lubens.*
A *t uos propinquas filij ingreßi domos,*
N *ouam parentis coniugem,dominam meam,*
O *rate,deprecamini ne uertere*
1020 S *olum neceſſe ſit,offerentes in manum*
H *æc dona.multum nanque noſtra id intereſt,*
I *llius iſthæc munera accipi manu.*
I *te,& peracta re probè ex ſententia,*
M *atri referte nuntium qualem cupit.*
Cho. 1025 N *ulla dehinc ſupereſt ſpes pueros*
V *icturos,ad cædem properant.*
S *ponſa coronam fuluam accipiet.*
M *iſera accipiet miſerum exitium,*
F *lauæque comæ dirum ornatum*
1030 A *cceptum,capiti imponet.*
G *ratia pepli,& nitor ambroſius*
A *uro tempora cingere coget.*
S *ponſa ornabitur* Orco.
T *ales cadet in laqueos,*
1035 M *iſero & fato defungetur.*
N *ec mortis patet exitus uſquam.*

T*u uerò*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

T *u uerò ô miser,ô infelix*
S *ponſe,affinis dum uis regum*
E *ſſe,calamitatem imprudens*
1040 A *ccerſis natis , ac ſponſæ*
M *iſerum exitium.* O *miſerāda parens*
P *uerorum,tua lugeo fata,*
Q *uæ thalamos geniales propter,*
D *ulcia priues pignora uita.*
1045 Q *uos tibi uir linquens iniuſtè*
N *uptæ thalamo alterius fruitur.*
P*æd.* N *atis remiſſum eſt ô hera exilium tuis.*
R *egina munus in manum accepit lubens.*
T *ranquilla pueris cuncta ſunt illinc tuis.*
M*ed.* 1050 H *ei.*P*æd.*Q*uid gemiſcis,cuncta cum feliciter*
C *edant? quid ora uertis illuc candida?*
M *eum nec audis mente læta nuntium?*
M*ed.* A *e , æ.*
P*æd.* H *æc cum relatis nuntijs haud congruunt.*
M*ed.* 1055 V *æ denuo,uæ.*P*æd.*N*um fefellit opinio*
M *ea me,malumque nuntium inuitus fero?*
M*ed.* Q *uæ nunciata,nuntiata. haud culpo te.*
P*æd.* D *eiecta uultus ergo quid fletu mades?*
M*ed.* H *uc multa cogunt ô senex , nanque & dei*
1060 H *uc impulere , & stultitia ſimul mea.*
P*æd.* A *nimo bono es,per liberos potentiæ*
A *dhuc prioris magna ſupereſt portio.*

<C.viii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Med. A *lios quidem prius mifera deducam ego.*
Pæd. N *on fola natis fegregaris.calamitas*
» 1065 M *odicè ferenda eft tibi , genita cum fis homo.*
Med. I *d fiet.at tu protinus in ædes abi,*
P *uerisque folitum præpara diarium.*
I *am parta uobis ciuitas ô filij,*
F *ilij,domusque,quam colatis me fine,*
1070 O *rbi parente fempiternùm.at exulem*
M *e capiet alia terra , fructus antè quàm*
C *apiam expetitos,quàm beatos uidero,*
L *ectos prius quàm,nuptialesque thalamos,*
S *ponfasque uobis præparem,ac tollam facem.*
1075 O *iam finiftram contumaciam meam.*
F *rustra educaui filij uos,pertuli*
F *ruftra labores, anxia incaffum fui,*
F *ruftra dolores paffa sum puerperi.*
O *fpes inanes fæpe de uobis meas,*
1080 F *ore uos fenectæ praefidia noftræ,& manu*
V *eftra fepulchro mortuam me contegi,*
Q *uæ prima ferme uota funt mortalibus.*
E *xtincta nunc eft dulcis expectatio.*
N *am mœfta,uobis orba uitam tranfigam,*
1085 E *t luctuofa: nec deinceps cernere*
V *obis parentem fuauibus oculis licet,*
A *d inftitutum tranfeuntibus nouum.*
E *heu quid in me refpicitis ô filij*

R*ifu*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

R *iſu renidentes mihi nouißimo?*
1090 H *ei miſera,quid agam?mulieres,mihi deficit*
C *or,intuendo blanda lumina liberûm.*
N *equeo. priora conſilia ualeant.ſolum*
M *ecum relinquent.quid?dolore dum patrem*
A *ſſicio,duplo grauius accerſam malum*
1095 M *ihi ipſa?minimè.conſilia ualeant.mihi*
Q *uid contigit cur torpeam? ludibrio*
M *e patiar eſſe meis inultis hostibus?*
A *udenda ſunt hæc.Sed meæ eſt ignauiæ*
H *oc crimen: animo molliora ſuggero*
1100 V *erba.introite.ſiquis eſt cui non licet*
H *is intereſſe ſacris, ipſe uiderit.*
M *eam profectò dexteram non polluam.*
A *h facinus anime ne iſtud admittas caue.*
I *pſos omitte,miſera parce liberis.*
1105 F *ugæ leuamen exulantes unà erunt*
N *oſtræ.*P*er atræ noctis ultores* D*eos*
N *on ſic abibit,ut meorum ego hoſtium*
N *atos relinquam obnoxios libidini.*
V *itare mortem non queunt.quò nos trahi*[t]
1110 F *atum, ſequamur.ſortiantur terminum*
H *inc lucis, unde ceperint primordium.*
P *eracta ſunt hæc.fixa stat ſententia.*
H *anc nemo reddet irritam.iam uertice*
H *æret corona: ſponſa peplis regia*

D<i.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

1115 P *erit inuoluta:ſat ſcio,ingrediar iter*
M *iſerrimum iam,miſerius etiam meos*
M *iſſura natos per iter. alloqui lubet.*
D *ate,date matri dexteram,amplectamini*
N *ati parentem.*O *mihi manus chariβima,o*
1120 C *hariβimum os.*O *forma,grataque facies.*
F *elicitatem,ſed ibi,uobis comprecor.*
N *am quicquid hic ſupererat , abſtulit pater.*
O *molle corpus, grataque amplexatio,*
B *landumque ſpirans ſuauis oris halitus.*
1125 A *bite,abite,contueri non queo*
V *os iam.malorum cedo magnitudini,*
V *ideoque quantum perpetrabitur nephas.*
» S *ed peβimorum facinorum genitor furor*
R *atione maior me retrorſum distrahit.*
Cho. 1130 M *ecum ſæpe exactius*
S *um conata expendere,ac*
S *ubtili librare examine,*
N *um deceat diſquirere fœminas*
D *e rebus ſubtilibus anxiè.*
» 1135 N *ec nobis muſarum aliena*
» S *unt commercia.*Sunt *ſapientiæ*
» C *orda capacia, non tamen omnibus:*
» S *ed rara inter copia fœminas*
» I *ndulget studijs ſapientiæ.*
» 1140 I *llud uerò auſim contendere,*
» H *is cum longè actum felicius,*

Q*uibus*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

» Q *uibus æuum penitus tranſigere*
» C *ontigit orbis ſobolis,*
» Q *uàm quibus eſt numeroſa propago*
» 1145 S *orte data:orbi quòd inexperti*
» I *gnorent,an dulce,an amarum*
» S *it genuiſſe: anxietatibus*
» V *acui innumeris uiuant.ſoboles*
» Q *ueis numeroſa eſt,anxia curis*
» 1150 D *egunt miſeræ tempora uitæ.*
» P *rimùm ut honestè educent,uitae'*
» *que neceſſaria ſubſidia parent.*
» D *einde accedit ad alias curas*
» I *llud, ſint'ne futuri*(*incertum*)
» 1155 M *alè compoſitis moribus,an boni.*
» I *d quoque poſtremum mortalium*
» N *ulli non graue proloquar,etſi*
» C *ætera uitæ commoda ſuppetant,*
» E *t pubentes iam perueniat*
» 1160 C *orpus ad annos, moribus optimis*
» E *xculto ingenio, dea inutilis*
» T *um ſi illa incumbet* Mors *, dulces*
» A *c mittat ſub tartara liberos:*
» Q *uî fuit utile,pignora propter*
» 1165 H *unc adiectum à dijs, mortalibus*
» I *ntolerandum luctus cumulum?*
M*ed.* I *amdudum, amicæ, opperior exitum rei,*

D ij<*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

F *ortuna quò ſe uertat illic,præstolans.*
A *tqui è miniſtris cerno quendam* I*aſonis*
1170 G *reſſus ferentem ad nos anhelo ſpiritu.*
M *ali uidetur fore recentis nuntius.*
N*ūt.* O *perpetratrix facinoris nefarij*
M *edea, fuge, fuge, claſſe ſeu cita licet,*
S *eu uecta curru corripe celerem fugam.*
M*ed.* 1175 Q *uæ digna cauſa cogit ad properam fugam?*
N*ūt.* R *egia puella modò perijt, atque genitor*
C *reon,uenenis illiti pariter tuis.*
M*ed.* G *ratum attuliſti nuntium.deinceps meos*
I *nter beneuolos,ac amantes nostri eris.*
N*ūt.* 1180 Q *uid?mente ſana mulier es ? an deſipis?*
D *omum tyranni funditus cum uerteris,*
A *udire gaudes,nec facinus istud paues?*
M*ed.* N *on deeſt ad ista quod queam rependere.*
S *ed ne grauere tantulum nobis moræ*
1185 D *are,pereundi donec explices modum.*
N *am morte functos ſi ſciam miſerrima,*
C *umulabis animum gaudio duplice meum.*
N*ūt.* V *t gemina proles cum patre aduenit tua,*
E *t coniugalis attigit limen domus,*
1190 F *amuli,dolori quibus erat tuus dolor,*
G *audemus,aures omnium citò peruolat*
R *umor,maritum teque pacto fœdere*
C *onſopijſſe priſtinam diſcordiam.*

H*ic*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

H *ic tangere manus,ille flauum uerticem*
1195 M *ulcere pueris.ipſe quoque præ gaudio*
P *ueros gynæceum uſque lætus proſequor.*
A *t hera colenda quæ tui nobis loco*
S *ucceßit,antequam puerulos uiderat,*
V *ultu renidenti intuens* Ia*ſonem*
1200 H *ærebat:at pòst mœſta triſtis lumina*
A *bſcondit,ora retro flectens candida,*
Q *uippe puerorum grauiter aduentum ferens.*
S *ed leniebat molliter puellulæ*
I *ras* Ia*ſon, diſſerendo talibus:*
1205 A *duerſum amicos ne fueris aſpera. animum*
C *ompone.rurſus flecte uultus,ac puta*
H *os eſſe amicos, quos maritus diligit.*
E *t dona ſuſcipe,& patrem exora tuum,*
H *inc ne releget pignora,meam in gratiam.*
1210 A *t illa mundum ut uidit,haud uiro amplius*
N *egare quicquam ſuſtinuit. ac antequam*
T *ectis abeſſent genitor & nati procul,*
O *rnata peplis ipſa uerſicoloribus,*
M *ollem corona preßit aurea comam,*
1215 S *eſe nitentis ante ſpecli ſplendidum*
A *equor refingens:ac renidens ſuauiter,*
S *pectabat umbram corporis inanimem ſui.*
D *ein ſede ſeſe ſubleuans è regia,*
P *er tecta graditur læta donis,molliter*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

1220 E *burna terræ collocans ueſtigia,*
E *t colla fixo ſæpe ſpectans lumine.*
A *t triſte post hæc incidit ſpectaculum.*
C *olore mutato ſubitus iterum tremor*
O *bliqua membra uexat:ac ægrè throno*
1225 P *ræoccupato potuit efficere ne humi*
P *rolapſa rueret.tum pediſſequa quædam anus*
I *ram eſſe* Panos,*aut deûm cuiuſpiam*
R *ata, eiulauit lugubre.antè candidis*
N *am tincta ſpumis ora uidit,& oculis*
1230 C *ircunrotari pupulas,& ſanguinis*
I *nane corpus.eiulatum flebilem*
D *ein excipit ploratus.alia ipſum ad patrem*
F *eſtinat,alia calamitatem coniugis*
N *ouum ad maritum currit ut recenſeat.*
1235 T *ota in tumultus uerſa uarios regia*
S *trepebat.& iam curſor accelerans gradum*
L *aſſus citatum, ad terminum peruenerat.*
H *æc muta,clauſo quæ iacebat lumine,*
S *uſpiria trahens grauiter,expergiſcitur.*
1240 M *iſera gerebat cum duplice bellum malo.*
N *am quæ premebat uerticem auro tortili*
C *orona,mirum, flammeam ſcaturiginem*
V *oracis ignis euomebat. at pepli*
T *enues,tuorum liberorum munera,*
1245 N *iueum exedebant corpus,& miſeræ cutem.*

P*orrò*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

P *orrò illa ſurgens è throno,comam igneam*
R *otat,huc & illuc uſta iactans tempora,*
Q *uærens coronam excutere:at inſolubilis*
A *urum tenebat nexus:& quoties comam*
1250 Q *uatiebat,ignis ſæuiebat acrius*
D *uplo.mali tum uicta magnitudine*
C *ecidit,parenti cognitu tantùm ſuo*
F *acilis:nec oculis forma conſtabat ſua,*
D *ecor nec oris.uertice è ſummo cruor*
1255 S *tillabat igne mixtus.auulſa oßibus*
C *aro,uenenis per genas tacitis fluit,*
C *eu tæda lentis læſa ſudat lachrymis,*
R *es dira uisu, terror omnes occupat.*
T *angere cadauer nemo ut auſit.ſcilicet*
1260 M *agistra ſors aduerſa nos erudierat.*
I *gnarus autem genitor infœlix mali,*
V *t tecta primùm contigit,cadaueri*
I *nfuſus ingemuit,& ulnis comprimens,*
A *tque oſculatus,ſoluit ora talibus:*
1265 O *nata miſera,quis deorum perdidit*
S *ic morte fœda te?quis orbauit ſenem*
C *apulo propinquum,tristeque ſilicernium?*
V *tinam liceret nata tecum commori!*
V *t lachrymis & luctibus fecit modum,*
1270 S *enile corpus alleuare dum cupit,*
P *eplis adhæſit tenuibus,uti laureis*

D *iiij<r>*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

R *amis adhæret hedera.tum certaminis*
H *orrenda facies oritur:ille tollere*
G *enua experitur,illa contrà nititur.*
1275 S *in uim parabat,uiua uellens uiſcera*
N *udabat oſſa,deinde ſenſim langüit.*
F *ugiente uita ſpiritum tandem miſer*
E *fflauit,impar inualeſcenti malo.*
I *am iuncta genitor nataque cadauera iacent,*
1280 D *ignum profectò lachrymis ſpectaculum.*
D *e te quid opus oratione?ſenties*
P *œnæ expetitæ iam uiciβitudinem.*
» H *aud primitus nunc eſſe res mortalium*
» V *mbras fugaces credo.nec dubitauerim*
» 1285 H *os qui uidentur ſapere, uerborum aucupes*
» H *os curioſos,aſſeuerare omnium*
» I *ure eſſe habendos optimo ſtultiβimos.*
» C *ertè beatus nullus eſt mortalium.*
» V *t affluunt res,ille fortunatior*
» 1290 I *llo putetur,haud beatus ſit tamen.*
Cho. I *ure,ut uidetur, plurimum hodie congeret*
D *eus malorum in* I*aſonem.infortunij*
T *ui miſertum est ô* C*reontis filia*
M *iſella,thalamis quæ procul ab* I*aſonis*
1295 A *d tecta* D*itis functa fato duceris.*
Med. C *ertum eſt,amicæ fœminæ,celerrimè*
N *atis peremptis hoc ſolo diſcedere.*

N*ec*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *ec ocioſe deſidendo dexteræ*
I *nfeſtiori dare necandos filios.*
1300 M *ori neceſſe eſt liberos penitus meos.*
Q *uandò id neceſſe eſt,nos trucidemus utique,*
Q *ui progenuimus.uerùm age anime,accingere.*
E *cquid moramur dira patrare ſcelera,*
E *t quæ neceſſe eſt perpetrare?age ô manus*
1305 M *ea miſera, enſem cape,cape, ac ad carceres*
P *rogredere uitæ triſtis,ac ne defice.*
N *ec ſubeat animum liberorum memoria*
Q *uos edidiſti, ô chara,& obliuiſcere*
F *uiſſe natos breuiculum hunc diem tuos.*
1310 P *òſt deinde luge.nam tametſi occideris,*
C *hari fuerunt,mulier autem miſera ego.*
C*h.* O *terra, lucidumque*
P *hœbi iubar, uidete,*
A *ſpicite peſtilentem*
1315 H *anc fœminam, & cruentam,*
M *anum trucem priuſquam*
I *n liberos uerterit:*
Q *ui de tua ſtirpe aurea*
D *ucunt originem.*
1320 Q *uam metuo, deûm*
N *e imbuat hominum ſanguis dextram !*
A *t tu cæligenæ moderator*
L *ucis,cohibe, reprime, furiam*

<D.v.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

P *elle cruentam & miſeram tectis*
1325 E *feralibus.incaſſum labor*
D *eperit ob natos ſuſceptus.*
P *ignora fruſtra chara genueras.*
O *Symplegadum inhoſpita ſaxa,*
Q *uæ deſeruiſti,anguſtas fauces,*
1330 M *iſera unde tibi furor hic animi?*
V *nde atrox cædes cumulatur?*
» Q *uiſquis conſanguinea terram*
» I *mbuerit cæde,ac macularit*
» S *anguine dextram,uindicta comes*
» 1335 V *rget ſæua, ac dij mala plurima*
» H *inc domibus cœlitus immittunt.*
P*uer.* Q *uid agam? parentis quodmodo hei fugiā manus?*
A*lter* I *gnoro frater chare,perijmus utique.*
C*h.* A *udis puerorum audis uocem*
1340 O *miſera, ô infelix mulier,*
T *ectum ingrediar,pignora rapiam è*
C *æde nefanda.*
P*uer.* P *er ô deorum numen opitulamini*
D *um licet, in ipſis penè retibus ſumus.*
C*h.* 1345 M *iſera aut ferrum aut ſilicem geſtas*
P *ectore,quæ propria mactabis*
D *extra, pignora quæ peperiſti.*
V *nam ſecula memorant,unam*
I *no,quam fœdaſſe cruore*

Sui recen-

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

1350 S *ui recenſent pignoris charam manum,*
N *ec ſponté,diro ſed furore percitam,*
I *nſanientem* Iuno *cum miſeram domo*
E *xegit.oblita cæde natorum impia*
P *erijt peremptis liberis mortis comes,*
1355 P *rogreſſa littus ultra,in æquor decidens.*
Q *uid ſceleris iam reſtat inauſum?*
» O *fœminei thamali curæ*
» P *leni anxiferæ,quanta è uobis*
» H *omines torquet lerna malorum !*
I*aſ.* 1360 Q *uæ ſtatis haſce propter ædes fœminæ,*
E *ſt'ne intus author facinoris nefarij*
M *edea , ſeſe an abripuit aliò fuga?*
T *ellure ſeſe ni recondat obrutam,*
P *enná ue liquidas ætheris findat plagas,*
1365 D *omui rependet capta pœnas regiæ.*
A *n ſe,interempta ſtirpe regum,credidit*
I *mpune tectis hiſce poſſe euadere?*
N *ec illius me cura,ſed ſobolis coquit.*
N *anque illa pœnas ſoluet his quos læſerat,*
1370 S *ed liberorum huc uenio uitæ ut conſulam:*
N *e ſcelera matris uindicantes impiæ*
G *enere propinqui aduerſus illos ſæuiant.*
C*h.* N *eſcis malorum quò redactus ſis miſer*
I *aſon, aliàs iſta nunquam diceres.*
I*aſ.* 1375 Q *uid eſt?an etiam me interimere cogitat?*

<D.vi.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

Ch.		C *æſi occiderunt liberi matris manu.*
I*aſ.*		H *ei mihi,quid ais?ut me iugulaſti fœmina.*
Ch.		V *t luce caßis cogita de liberis.*
I*aſ.*		V *bi eos peremit? intus,an foris? refer.*
Ch.	1380	F *oribus recluſis funera intuebere.*
I*aſ.*		A *uferte uectes,tollite hinc repagula*
		S *tatim miniſtri,ſcelus ut aſpiciam duplex,*
		I *llos peremptos,hanc,uti pœnam exigam.*
M*ed.*		Q *uid fruſtra in iſtas arietas pulſans fores,*
	1385	C *æſosque,meque cædis authorem petens?*
		L *aborem omitte hunc:meque,ſi qua in re eſt opus,*
		A *ffare:manibus haud licebit tangere.*
		T *alem parentis* Sol *pater currum mihi*
		Q *uo me tuerer è manu hoſtili,dedit.*
I*aſ.*	1390	O *dira,dijs ô mulier immortalibus*
		E *xoſa,mihique,& omnibus mortalibus:*
		Q *uæ ſuſtinebas liberorum pectori*
		I *nferere ferrum mater,orbum & perdere*
		M *e ! & his patratis intueri ſuſtines*
	1395	S *olem,ſolumque,facinus auſa peßimum?*
		M *alè peri.ego reſipiſco nunc: infanij*
		T *um, cum paternis ædibus te barbaro*
		G *raias ad urbes è ſolo aduexi,malum,*
		P *eſtemque,patris proditricem,& patriæ*
	1400	Q *uæ te educauit.ſupplicia de me expetunt*
		S *celerum tuorum,uindices* Erinyes.

N*am*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

N *am fratre cæſo,ſanguinis ſocio, ratem*
M *ecum decoram ingreſſa es* Argo Peliam.
H *inc orſa es:inde coniugali copula*
1405 M *ihi iuncta,de me ſuſtuliſti liberos:*
O *ffenſa tædis quos peremiſti nouis:*
Q *uod* Graia *nulla perpetraſſet fœmina,*
Q *uibus ego ſpretis prætuli thalamos tuos,*
A *ffinitate peſtilente me illigans*
1410 S *æuæ leænæ,haud fœminæ: quæ pectore*
S *cyllæ cruentos ferreo uincis canes.*
S *ed nulla mentem commouent opprobria:*
I *ta impudenti obduruiſti audacia.*
P *ereas,cruenta liberorum carnifex.*
1415 L *ugere ſupereſt mihi meum infortunium:*
Q *ui nec recenti perfruar connubio,*
N *ec quos creaui & educaui liberos,*
I *am morte raptos,alloqui uiuos licet.*
M*ed.* Q *uàm multa contrà ſuppetunt quæ redderem,*
1420 S *i non utrinque teſtis eſſet* Iuppiter
Q *uam debuiſti,ac rettuliſti gratiam.*
S *pretísne noſtris nuptijs tu molliter*
V *itam perageres,mihique miſerae illuderes?*
R *egiaque uirgo, & qui dedit nuptū hanc,*Creon,
1425 I *mpune an unquam me expuliſſent hoc ſolo?*
I *gitur leænam me uoca,aut* Scyllam,*ut lubet,*
T *huſcum obſidentem littus.ut par eſt, tuum*

<D.vii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

A *nimum uiciβim perculi moleſtijs.*
Ia*ſ.* A *ngeris & ipſa,& es malorum particeps.*
Me*d.* 1430 M *odò ne dolentem irrideas, iuuat dolor.*
Ia*ſ.* O *matre nati filij nepharia !*
Me*d.* O *filij,ut uos perdidit ſcelus patris !*
Ia*ſ.* N *on hos peremit noſtra certè dextera.*
Me*d.* S *ed culpa,lectumque in iugalem iniuria.*
Ia*ſ.* 1435 T *orumne propter auſa es illos perdere?*
Me*d.* A *n hunc dolorem mulieri reris leuem?*
Ia*ſ.* S *i qua eſt modeſta,tu undequaque es peβima.*
Me*d.* I *lli occiderunt:hoc habet te peβimè.*
Ia*ſ.* C *apiti imminebunt uindices umbræ tuo.*
Me*d.* 1440 D *ijs primus author notus eſt iniuriæ.*
Ia*ſ.* D *ijs nota mens eſt execrabilis tua.*
Me*d.* M *ihi es moleſtus,& odioſa oratio.*
Ia*ſ.* E *t tua uiciβim mihi.ſed hac moleſtia*
F *acilè carebis.* Me*d. quomodo?id nanque unicè*
1445 C *upio.* Ia*ſ.* Re*mitte flenda mihi cadauera,*
A *c ſepelienda.* Me*d.*Mi*nimè.eos nanque hac manu*
I *unonis alto ſepeliam ſanctæ ſacro,*
S *epulchra ne fortè hoſtis inſolentia*
V *iolet ſuperbi,* Si*ſyphique poſteris*
1450 C *ædis nefandæ ſacra dabo piamina,*
F *eſtaque dicabo in poſterum ſolennia.*
A *t ipſa* Erechthei *propero ad urbem,ubi* Aegeo
I *ungar marito,filio* Pandionis.
Tu *uerò,*

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

T *u uerò,ut æquum eſt te,peribis peßimè,*
1455 A *rgus reliquijs tempora effractus tuæ,*
F *inem nefaſtum ſentiens thalami mei.*
I*aſ.* A *t te cruentæ filiorum* E*rinyes*
P *erdant,& ultrix iuſtitia cædis feræ.*
M*ed.* E *cquis deorum te audiet,vel dæmonum,*
1460 P *eriure,fallax,hoſpitumque proditor?*
I*aſ.* A *h ah nefanda liberorum carnifex.*
M*ed.* P *roficiſcere domum,conde tumulo coniugem.*
I*aſ.* N *atis orbus geminis abeo.*
M*ed.* N *ondum luges.ſenium expecta.*
I*aſ.* 1465 O *chariβima pignora.* M*ed.* M*atri*
C *hara profectò,patri minimè.*
I*aſ.* T *amen extinxti.* M*ed.* T*e ut cruciarem.*
I*aſ.* H *eu me miſerum. tangere chara*
C *upio natorum ora meorum.*
M*ed.* 1470 N *unc alloqueris,nunc amplecti*
O *ptas,dudum quos repulifti.*
I*aſ.* P *er ô deorum numen id tribue mihi,*
V *t molle corpus liberûm tangam manu.*
M*ed.* M *inimè.incaſſum uerba profundis.*
I*aſ.* 1475 I *uppiter hoc ne,ut ſpernimur, audis,*
Q *uæque ſceleſta patrauerit in me*
L *ea,natorum cæde cruenta?*
Q *uod licet unum,fleo,uociferor,*
T *eſtesque deos aduoco,natos*

<D.viii.*r*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren

1480 Q *uòd me attingere manibus prohibes*
A *bs te occiſos,quòd mihi tollis*
F *uneris arbitrium. quos utinam*
N *unquam ego genuiſſem,abs te ut cæſos*
C *ernere cogerer ipſe ſuperſtes.*
C*h.* 1485 D *iſpenſat mortalia cuncta*
» C *ælo* I*uppiter,inopina dei*
» P *lurima peragunt.ſpes euentu*
» F *raudant ſæpe ſuo.quæ credas*
» F *ieri haud poſſe,expediet deus,ut*
1490 F *inem hæc nunc ſortita eſt fabula.*

Acta fuit B*urdegalæ an.* M. D.XLIII.

<D.viii.*v*>

GEMS - Greek and Latin Drama on the Early Modern English Stage - Skenè Research Centre (University of Verona)
© 2018-2022.
Transcription by Carla Suthren